



# **Galen De differentijs februm libri duo**

<https://hdl.handle.net/1874/433426>

**GALENI**  
**DE DIFFERENTIIS**  
**FEBRIVM LIBRI**  
**DVO: LAURENTIO**  
**LAURENTIANO**  
**FLORENTINO IN,**  
**TERPRETE.**

**V**enale habetur Parisus in officina De-  
 fiderij Maheu Chalcographi, in vico san-  
 cti Jacobi sub interfignio diui Nicolai mo-  
 ram trahentis. Anno dñi. M. D. XIX.



CAESAR OPTAVS NEAPOLITANVS, LAVRENTIO LAVRENTIANO FLORENTINO, S. D.



**M**EMINI Laurentiane, dum in Hetruria Medicinā publice profitebatur, literarū nos calamitatem amicis (vt fit) sermonibus identidē esse cōquestos. Quare daturū te operā pollicit⁹ es, vt sexagita illa Hippocratis volumina, totidēq; Galeni opera tua lima reformata, in vsū latinum æderentur. Tantūq; ab futurum, vt garrigentium maledictis ab honestissimo proposito deterrereris: vt hoc potius ad scribendū excitare te possit. Nunc igitur lætatus sum summopere, tum q; Galeni libros de differentijs febrium & Latinos feceris, & cādidos ad nos miseris: tum maxime q; tumultuante passim Italia, a proposito & sæpissimè promissis, minime destiteris. Perge mi Laurentiane, nam qui aliter pleniore officio ætatem nostrā ac posteritatē tibi deuincias, prohibetq; ingenijs satisfacias: Nosti enim, quantū hæc a doctioribus & bene institutis desyderētur: ne tam diu & tam turpiter cum barbaris & ineptis scriptoribus versari cogamur. Adde q; nō modo barbara sūt et inepta, quæ passim Medici ex Græcis habem⁹. Sed inuersa ac prorsus deformia: adeo vt melius cum re medica actum existimauerim, si semper caruissemus his q; male habemus. Mirum dictū esse homines quos inculta hæc delectent. Et diligētia omniscq; humanitas apprime displiceat. an quia senticosissimi sunt, ideo ab omni cultura abhorret. Sed colluctentur licet inter indomita ac prærupta, frugem nihilo mitiorem reposituri. Nos vero te duce qui vtraq; lingua es absolutissim⁹, planiora ac molliora sectabimur: cuius etiam stomachi Franciscus est lacerus Florentinus platonicus amicissimus noster. Nobiscum etiam sentit Nicolaus Leonicensis vir litteratissim⁹, & in Medicina Hercules. Nam non minus idemq; tu in vertendo Galeno quotidie versatur, sed Plinij, Auicennæ, & recentiorum errata rationibus validissimis, autoritatibus etiam Hippocratis, Galeni, Pauli, Nicandri, Oribasij, & Dioscoridis nixus, conatur euertere. Interim nostras Medicinæ diuisiones cudimus, mox in lucem prodituras. Vale Venetijs. M. D. Caleñ. Ianuarij.

que



GALENI, DE DIFFERENTIIS FEBRIVM LIBER PRIMVS, INTERPRETE LAVRENTIO LAVRENTIANO, FLORENTINO.

Quænam sint febrium differentiarum principales, & ut essentia februm sit in genere caloris præter naturam. Cap. I.



DIFFERENTIAE febriū, maxime quidē ppriæ ac maxime principales, secundū substantiā, aliæ vero secundum aliquod accidēs sunt. At vero cū accidentium nō vna natura sit, sed aliæ ppinquiōra, magisq; ppria diuisæ substantiæ sint, aliæ vero remotiora ac magis aliena: idcirco inde etiā sumēdo differentias, minime vnū genus est. Cæterū, maxime peccāt, quicūq; differentias principales ac maxime pprias omittūt. De inde quicūq; mentionē faciūt harū, sed pmiscēt cum eis differentias accidentales æqualiter oēs, minime discernētes vtilēs ab inutilib;. Non solū autē peccāt pleriq; medicorū in ipsis differentiarū generibus, aut vltra q̄ sit necessariū mentionē faciētes inutiliū, aut minus q̄ sit necessariū, nōnullas vtilēs omittētes; sed etiā diuidēdo genera ipsa in proprias differentias, similiter errāt. Cum igit primū differentiarū genus sit ab ipsa diuisæ rei substantia sumptū, videre licet nōnullōs medicos p̄termittētes vniuersum hoc genus, alios vero diuidēdo plura q̄ opus sit attingētes, aut necessaria quēdā omittētes. Atqui Hippocrates optime fecit diuisionē libro secūdo Epidemiarū. Dicitio habet in hūc modum. Febres, hæ quidē mordaces manu ipsa, illæ mites sunt, aliæ minime mordaces sed increscētes, nōnullæ acutæ sunt, sed ab ipsa manu deuidæ, quædā statū ardētes, quædā vero semp debiles siccæq; sunt, aliæ affixæ visu, terribiles, aliæ manu ipsa humidæ, aliæ rubicundæ, aliæ crocæ, aliæ liuidæ, & alia istiusmodi. Perspicue enim hoc loco ab ipsa rei substantia simul atq; ab ipsa cognitione in pprias differentias fecit diuisionē. Essentia enī febriū, est in genere caloris p̄ter naturā. Differentiæ vero caloris, hæ quidē ab eo quod est magis ac minus ducunt, atq; ab ipsa materia in qua calor ille p̄ter naturā existit, atq; ab ipso mouēdi modo, quas oēs adiungens modo cognitionis scripsit, quemadmodū procedēte sermone docebimus. Quæ igitur ab eo quod est magis ac minus ducuntur, in hoc genere differentiarū medici nomināt, magnā ac parua febrē dicentes, minime proprie qualitati deferētes vocabulū quantitatis, tamen ita consueuerūt, nō solum in qualitate, sed in multis alijs facere, habentibus in qualitate ipsa solitudinem, quæ tamen magna paruaq; nominantur. At vero differentiarū quæ de materia ducuntur, in qua calor ille p̄ter naturam existit,

Diff. de feb. triplex. Febriū differentia duplex.

Febriū differentiarū principes.

Diuisio febris.

Febrium essentia. Differentia caloris triplex. Differentiæ caloris ab intentione.

+ intensā ac remissam.



GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

Dñe de materia ducta maxime proprie caloris præter naturam sunt, siue corpus ipsum cor-  
 teria ducta dis/præhendat, siue humores conditos in ipsis ventriculis. Reliqua  
 ppriissimæ autem ac tertia differentia est, vbi aeris substantia sola/admodum in-  
 Febris tri- caluerit, corpora vero solidiora atq; humida/caleat quidē, sed nõdũ  
 plex. incaluerint. nõ enĩ parui refert/calere atq; incaluisse. Sed discas potis

Analogia. simũ id qd volumus, in his exẽplis. Finge aquã calidã inditã lebeti fri-  
 gido, deinde ab ea ipsa aqua/calefieri præ vicinitate/ipsi lebetis cor-  
 pus, nõdũ aut vniuersũ exq̃site incaluisse. Et rursus/finge i calidũ atq;  
 ignitũ lebetẽ frigidã aquã inditã, deinde/calefieri qdẽ, nõdũ aut inca-  
 luisse. Ex his exẽplis/scd o qdẽ/pma febrũ differentia est, quas corp<sup>o</sup>  
 ipsũ cordis phẽdissẽ docuim<sup>o</sup>. i primo aut scd a, vbi cõditos i vetricu-  
 lis humores/occupasse dixim<sup>o</sup>. Reliqua aut ac tertia differentia/exem-  
 plũ penit<sup>o</sup> si se minime habet: sed cognitiõis causa, finge enẽ follem  
 trahentẽ ad se aerẽ admodũ calidũ, deinde/calefieri ab eo, nõdũ aut in-  
 caluisse. Sed exẽplũ/magis idicabit naturã rei: si finger es/in folle cõti-  
 neri humorẽ, atq; adhuc magis/si foramina follis p q trahit atq; emit-  
 tit aerẽ/ita agusta efficeret, vt huõri qdẽ in puia, aeri vero/puia foret.

Qua i re potissimũ dissidet nature opa, ab his q hoies ipi efficiunt. Ete-  
 ni/substantia aeris/pmiscet cũ sanguinẽ oĩb<sup>o</sup> arterijs ex multis forami-  
 nib<sup>o</sup> piter spiratib<sup>o</sup>, ac nihilomin<sup>o</sup> i ipso corde, qm p eas oes discurrit.

Calore accedi interdũ in spiritib<sup>o</sup>, interdũ in humorib<sup>o</sup>, interdũ in  
 partib<sup>o</sup> aialis solidioribus, q̃s Hippo. cõtinẽtia noiauit. Cap. II.

Febrivm or-  
do.



Itc ergo calor/quẽ dixim<sup>o</sup> appellari febrẽ: alias ex alio  
 de p̃dictis icipit. Occupat aut ac simul disponit cũ pat-  
 te affecta/reliq̃ duo gna. Facillime ergo/calor/ex humo-  
 rib<sup>o</sup> ad spm trãsmeat: min<sup>o</sup> vero prõpte humores cum  
 spũ igniunt, atq; etiã solidũ corp<sup>o</sup> prõptius tribuit calo-  
 re humorib<sup>o</sup>, aerieq; substantiẽ, q̃ ipsũ ab illis accipiat. ois enĩ substantia  
 tenuis/facili<sup>o</sup> q̃ crassa alterat. Tenuissim<sup>o</sup> aut aer, crassissima aut cor-  
 pora solida sũt: humores/medio gne ambigũt. Nec qcq̃ refert p̃senti lo-  
 co, spm vel aerẽ appellare: nã de his/alibi tufius diffinitũ iã est: nũc ve-  
 ro sufficet, illud tmmodo scire, qd (puto) Hipp. indicãs dixit. Conti-  
 nẽtia, ac cõteta, & ipetũ faciẽtia. cõtinetia quidẽ/appellãs ipsas corpo-  
 ris partes solidiores: cõtenta aut humores: ipetũ vero faciẽtia spũs.  
 febrilis ergo dispositio/alias ex alio de p̃dictis incipit. Sed in primo  
 genere affecti corporis/minime permanet, sed occupat reliquã duo:  
 ac nisi prius soluat, p̃cessu tẽporis illa similiter afficit. atq; hæc sũ-  
 ma sermonis est. Sed oportet ea quã dicta sunt indicare, cognitionẽ  
 q̃ vniuscuiusq; generis febrũ percurrere. Statim itaq; de generatio-  
 ne earum dicere aliquid opus est.

Facile p̃mu-  
tabilia.  
Cõtinetia  
contenta &  
impetum fa-  
cientia.  
Febrũ gna  
se cõsequo  
trahunt.

*Continẽtia*  
*Contenta*  
*Impetũ faciẽtia*,  
*spũs solidi*  
*humores*  
*spiritus*

+  
arteficiis

lib unũ  
q̃ sũnt  
Dico  
p̃  
2nd



Quonam modo febris ephemera, id est diaria ex causis primitiuis atq; euidentibus præhendat. Cap. III.

**S**X labore ergo, iracūdia, merore, calore, frigore, insom-  
 nia, cruditate, temulētia, ac repletione, quosdā febrici-  
 tare cūctis hoībus perspicuū est, ab ipso rei effectu edo-  
 ctis, quin etiā vt pestilēs aeris cōditio afferat febrē, mi-  
 nime ignorāt quicūq; intellectu participāt, quēadmodū  
 vt cōuersari cū his qui peste laborāt fallax sit, affici enī periculū est,  
 quasi scabie quadā aut lippitudine. Fallax p̄terea est cōuersari cū his  
 qui tabe tenent, atq; in totū cum oībus qui putridū expirāt, ita vt do-  
 micilia in quibus habitāt, grauiter oleāt. Cōstat præterea ex lōgo re-  
 rum vsu, vt qui cōsuetudinē exercitationis omiserint, vt alijs multis  
 morbis, ita febribus corripiant. Et itē vt repletio generet febres, atq;  
 etiā prauī cibi, ac medicamenta, & æstus circa canis syderis ortum, &  
 alia huiusmodi, cūctis hoībus (vt ita dixerim) perspicuū est. Quæ ve-  
 ro ab ipsis in corporibus n̄ris fiat affectio, ex qua febricitamus: mini-  
 me sciūt, neq; pleriq; hoīm, neq; quidā medicorū. Duplex enī genus  
 ignorantū talia est: alterū enī ab ipsa experiētia tantūmodo astruēs,  
 tanq̄ nulla entiū natura, ratione possit inuestigari. Alterū autē genus  
 est eorū qui sapiētes quidē vident, sed cū ignoret eque q̄ priores, sciē-  
 tię tamē habēt existimationem. Ignorare autē eos cōtingit, quia nullā  
 habēt rationalis disciplinæ exercitationē, ex qua cognoscunt ac dis-  
 cernunt verisimilia, ab his q̄ vera sunt, quare, neq; inuenire, neq; iudi-  
 care aliqd possunt: quia pbabiles p̄positiones nō nouerūt distingue-  
 re, ab ipsis sūptionib⁹ demonstratiuis. Huic autē inscitix insolētia accel-  
 sit, ob quā nōnulli ex eis in tantā audaciā atq; amentīā deuenerūt, vt  
 ea q̄ oēs hoīes cognoscunt experiētia ipsa edocti, neq; ea quidē ipsi fe-  
 briū causas haberi cōprobent. De q̄bus cū libro de causis primitiuis  
 abunde docueri, nihil opus est hoc loco mētionē facere temerarię lo-  
 quacitatis eorū. Neq; enī cōtradocere, neq; soluere sophismata hoc li-  
 bro institui: sed istituere ac docere, subijciēdo ea q̄ alibi a nobis sunt  
 demonstrata, ac docēdo d̄rias febrū. Subijciūt ergo caliditatē, frigiditatem,  
 siccitatē, atq; humiditatē esse elemēta corporū, ac fieri primas  
 egritudines ex intēperie horū, e q̄b⁹ vna febris existit, quotiens calor  
 qdā p̄ter naturā in corde extiterit. Differentiæ autē, scđm gen⁹ caloris,  
 (de q̄b⁹ p̄sens sermo tractat), ab ipsa materierū d̄ria ducunt, suscipiētū  
 igneā caliditatē. Cūq; tres sint scđm gen⁹, aut enī ī ipso corpore cor-  
 dis, aut ī humorib⁹ accēdit, aut ī spū, p̄ueniūt nōnullæ causæ oīb⁹ ma-  
 nifestæ, de quibus pauloante docuimus, quibus empiricus medicus  
 ex obseruatione ad curationem remedijs abundat. Rationalis vero  
 ad ipsam rei naturā accedens, demonstratiue ab illa in futurorū præ-  
 ferentia.

Febriū ḡna  
tio & causæ  
prægressæ

Cōtagiosi  
morbi.

Putridū ex  
pirantes.

Ignoranti-  
um gen⁹ du-  
plex.

Ignorantię  
causa.

Logicæ vs⁹

Postulatū.

Febris itē  
peries ē ca-  
lida.

Empirici et  
rōnalis dif-

ferentia.



GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

Rationalis  
vti & rone  
& experi-  
mento.

sentionē atq; inuentionē curationis iuuatur, vtens oibus quidē expe-  
riētia ipsa inuentis, adijciens autem multa ex docendi via rationali.  
Quæ ergo sint per vtrāq; partem inuēta, experimentū intelligo ac ra-  
tionē, alio loco docuim⁹. Quæ vero dispositio ab vnaquaq; causa pri-  
mitiua i corpore cōsistat/accendēs febrē, hac parte docere instituim⁹.

Multas esse causas caloris præter naturam, ex quibus gignitur fe-  
bris, quotiens suscipientia corpora/prompte se habeant ad continen-  
dam diutius caliditatem.

Cap. IIII.

Caloris m<sup>p</sup>  
tplex gene-  
ratio.



VM ergo videamus/non vnum modū, neq; generatio-  
nis; neq; auctioris caliditatis, quando ne i plus, quidem  
ignis/modus vnus est. Sed gignitur, aut propter motū,  
aut propter putrefactionē, aut propter conuersionem  
alterius caliditatis, aut propter suppressionē calidi es-

Febriū cau-  
sæ vniuersa  
les.

fluuij, aut propter permixtionē calidæ substantiæ, tanq; de fonte quor-  
dam ebullientis/aut genitæ: scilicet ad nostrū sēsū, aut augētis calidi-  
tatē, necesse est/ōes febriū causas/in prædictos modos reuocari. quæ

Febris se-  
des est cor.

admodū æstus est, siue ex ipso sole/actio talē habeat appellationē, siue

Calor ex  
calidi oc-  
cursu.

caliditas est præter naturā: nondū tamen febris/nisi cor ipsum conca-  
lescerit. Etenim totū hoc genus causæ/ex cōuersione efficit rei ca-  
lescentis, siue sol, siue ignis, siue medicamentū fuerit id quod calefa-

Calor ex  
motu & ebu-  
litione.

cit extrinsecus attingēs, aut propinquās: aut conuersans, aut quouis  
alio modo libeat appellare. At vero iracundia/ quasi ebullitio quādā  
ac motus vehemēs est irascētis facultatis/in ipso corpore cordis resis-

Ira calor  
qñ fit febris

dētis. Concalescit autē interdū cum ea spūs, atq; interdū sanguis. & si  
prompta se habeāt suscipiētia corpora/ ad continendū diutius calidi-  
tatem: & (quāuis ipsius cordis motus destiterit) hæc permanēt calida

Calor ex  
suppressio-  
ne calidi es-  
fluuij.

præter naturā, tunc febricitare hominē necesse est. Hæc ergo febris/  
principiū habet/motū atq; ebullitionē natiuæ caliditatis. Febris autē q̄  
ex mœrore cōsistit, nō insup ebullitionē, sed motū tm̄modo/principiū

Difflatiōis  
fofa duplex

habet. Si autē ex labore efficiat, principiū quidē habet/motū amplio-  
rē musculorū, ac neruorū, & copularū, & articuloꝝ, q̄ quidē/ prima ca-  
lesiūt. Calor autē/ cōtinuēter cordi distribuit, ac tūc febricitat. Vbi ve-  
ro febris/ ppter densitatē accēdit: qualis maxime adstrictis, refrigera-  
tisq; corporibus fieri solet: collecto in corpore mordaci effluuiio, cōsi-

Effluuiū va-  
porosum &  
mordax.

stitit. Difflant enī semp animalium corpora, duob⁹ modis emissis foras  
quod die vaporosis, fumosisq; excrementis: attracta autē aëria substātia  
intro refrigerate, atq; vētilate naturalē caliditatē. Vbi igit fortis cau-

sa cōdensado cutē/ p̄dictos meatus astringat, sæpe satietatis morbū in-  
ducit: quotiēs vaporosa ac benigna materia de corpore effluit/ inter-  
dum febrē cōmittit, quotiēs aspa ac mordax fuerit. Calor aut potissi-

5

*Caliditas pter  
nāz, nō ē  
p̄, nō ē febris*

*m̄ sudor*

*Excrementa vaporosa  
fumosa. calida et  
humida et ab aqua  
siccis. et ab igno caliditate*

*Condensatio m̄tis, satietate  
febrim cōmittit, si  
vaporosa et benigna  
aspera et mordax m̄ afficit*



mū augeat, vbi refrigerās aer intra corp<sup>o</sup> minime trahit. Excernit autē Auctioris  
excrementū acre ac mordax, aut ijs q̄ sūt malis humorib<sup>o</sup> pleni, aut caloris cau  
ijs q̄ malos cibos ingesserūt, aut nō benē cōcoxerūt. maxime autē id sa potissia.  
accidit ex cibis dictis vbi cenosā, aut feculentā, ac stercorosā, aut pa Effluuium  
lustrē, aut stagnantē, aut alio quouis modo corruptā aquā bibāt. Eo mordax q̄  
dē modo euenit vbi imoderate laborēt, aut vigilent, aut angore affi bus excer  
cianē, aut acria medicamēta igesserint. Cibos autē malos itelligo oēs nitur.  
q̄ aut ex natura tales sūt, vt allia, cepe, nasturtiū, porrū, brassica, oci Cibi mali  
mū, vrtica, et alij qcūq̄ noiant agrestes, vt eruca apud nos, atq̄ etiā forma du  
q̄ boni sunt ex natura, sed ob putredinē quādā prædictis æquale, aut plex.  
mai<sup>o</sup> sæpe nūero vitiū acceperūt, vt ordeū ac triticū, & alia oīa edu Cib<sup>o</sup> bon<sup>o</sup>  
lia putrida, partim ob tēporis lōgitudinē ad putridā dispositionē de triplici for  
ducta, partim situ quodā repleta, quia prae reposita sunt, partim ex ma vitiatur  
prima generatione ab ipsa rubigine vitiata. Tales igit̄ cibos etiā nūc Vitiosi cibi  
pleriq̄ comedere coacti prae fame, vel febrib<sup>o</sup> putridis ac pestilētib<sup>o</sup> incōmoda.  
mortui sunt, vel pustulis scabiosis aut leprosis correpti. Vbi igit̄ kor  
pus fuerit plenū talib<sup>o</sup> humorib<sup>o</sup>, nulla autē opilatio in viscerib<sup>o</sup> fue  
rit, atq̄ animal in cute libere difflet ac refrigeret, sanū quidē existit  
sed breuē, fallacēq̄ obtinet sanitatē. Vbi vero exterior terminus, aut Astriptionē  
astringat, aut in profundo meatus opilent: si astringat, nunc dictū fe et obstructi  
brium genus: si opiletur, id quod paulo post dicendū est, cōsistit. Ni onē aliæ fe  
hil igitur mirū videri debet, si ex cruditate, hi quidē febricitet: illi ni bres sequū  
hil eiusmodi patiant. Etenim ijs qui malis iam humorib<sup>o</sup> pleni sunt, ac tur.  
male difflantur: aut inopportune laborāt, aut lauātur propēius, proma Ex crudita  
ptum est febricitare. Iis autē qui bonis sunt pleni humorib<sup>o</sup>, ac probe te febricitā  
difflantur, & quiescūt, ac fouēt iecoris ac vētris sedes, impossibile est tes.  
febricitare: quoniā in iecore ac ventre manet quicquid corruptū est, Febricita  
ac tēporis spatio paulatim cōcoquit atq̄ efficit benignū. Quēadmo re parati.  
dum vbi motus fortiores sustinuerint, aut in solē æstiuum steterint,  
aut in balneū calidarum dulciū aquarum descenderint. Itidē vbi cor  
rupta cibaria in ipsū corporis habitū deferunt, febris minime sequi  
tur: nisi propter aliquā aliā causam, vt si sæpenuero surgendo labo  
rauerint, aut ventrē ipsum inflammatio tentauerit.

Ex putredine accendi febrem, cuius causa est opilatio: ac potissi  
mum putrescere, quæcunq̄ calida atq̄ humida sunt. Cap. V.



**G**AETERVM, si meatus opilentur atq̄ humores sti Obstruō  
pentur (nam de ea ipsa re docere distuli) animalia putri Putrefacti  
dis febribus tentantur. Promptissime enim putrescunt, oni obno  
quæcunq̄ calida & humida sunt: & sæpe in locis calidis, xia.  
nisi diffilentur ac refrigerentur. Porro, neq̄ mirum vide



GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

**Nimietas ad vires.** ri debet, quamobrem febres sequantur repletionem, quoniam per eiusmodi dispositiones multæ opilationes efficiuntur, ac totum corpus difficulter diffilatur. Igitur ex multitudine quæ est ad ipsas vires, humores ipsi cito corrumpuntur, neque euicti, neque concocti probe, quippe quod vires conficientes eos, debiliores existant. Quo circa quæcûq; cibaria glutinosa crassaq; sût, morbos cõmittere magis possunt, opilare eni atq; stipare humorẽ ex illis facilius est. Sed nõne cõtraria, scilicet extenuãtia & acria morbos cõmittere possunt: Cõstat enim vt qui altero viuendi genere exuperant, febre similiter præhendãtur: quia hec omnia (vt ante diximus) malos humores gignere assolent. Hæc ergo, ratione ea q; malos humores gignunt, febrivm causa sunt: alia vero ratione putredinis quæcûq; glutinosa, crassaq; existũt.

**Ex inflãmatione febris.** Nec secus partes inflãmatione affectæ, ratione putredinis accendũt febrẽ. humor eni decurrẽs stipatus, vbi fuerit natura calidus, quia nõ bene diffilatur, putrescit. Vbi igitur decurrẽs humor fuerit diligenter biliosus, caliditas sacro igni subfimilis occupat partẽ: vbi sanguineus inflãmationi subfimilis, aut inflãmatio sacro igni subfimilis efficitur, nomen quidẽ sumens ab humore dominãte, denominationẽ vero accipiẽs ab altero. At vero ex his oĩbus sequit febris ratione societatis. Sẽp eni simul cũ eo qd̄ icaluit pars cõtina calefit, quousq; distributio ad cor ipsũ deuenit. Nã carbũculis quoq; partes cõtine si calefiũt genitis ex sãguie perq; calido, sed melacolicò pp̄t exustionẽ.

**Febbris rõe societatis.** Pestilẽtis febris causã esse inspirationẽ, potissimũ quotiẽs corpus in eã dispositionẽ sit præparatũ. quoniam maxima pars generationis morborum est corporis præparatio. Cap. VI.

**Carbunculi materia.** **C**ALIDIOR ES præterea ambientis nos aeris cõditiones, quales sunt circa canis syderis ortũ, potissimũ per inspirationẽ perspicue cor ipsũ calefaciũt: extrinsecus vero circumfusa corpori, totũ ipsum calidũ reddũt, maximeq; arterias: vt quæ nõ nihil substãtiæ ipsius ambientis aeris attrahãt, ex quibus oĩbus simul, afficiatur cor necesse est, atq; ipsũ in primis imodice calefiat, maximeq; febrili dispositione tẽtetur, atq; ipsi corpori imittat oportet. Vbi vero pestilẽtes subeãt cõditiones, inspiratio potissimũ causa est. Interdũ enim efficit, propter humores in corpore aptos in putredinẽ, quotiẽs aial breuẽ quandã occasionẽ ab aere circũfluente susceperit: sed magna ex parte incipit ex aeris circunfluentis respiratione, quem putrida exhalatio infecit.

**Putredinis aeris principia.** Principiũ autem putredinis, aut multitudo mortuorũ est minime crematorũ: quẽadmodũ in bello fieri solet, aut exhalatio paludis cuiusdã aut stagni tẽpore æstiuo, atq; interdũ immoderatus calor circunfluẽs

no .H. P.



tis aeris, quemadmodum in pestilentia quæ Athenienses inuasit (vt  
 Thucidides ait) viuentes hoies/in paruis tugurijs/æstate corruptio  
 afficiebat. Est autem initiũ pestilentis febris/eo q̄ humores corporis/  
 ex prauo victu/sint in putrefactionẽ parati. Forlitã aut̄ accidit id/pro  
 4 pter continuatẽ, q̄ ex Aethiopia fluxerunt quædã mala inquinamẽ  
 ta, quæ/ijs/quæ habebant corpora læsioni parata, causæ febris extite  
 runt. Huius eni semp meminisse oportet toto sermone, vt nulla cau  
 sa/sine corporis aptitudine efficere possit, alioquin/oës qui in sole di  
 uersantur æstiuo, in febrẽ inciderẽt, & qui plus æquo mouentur, aut  
 bibũt, aut irascunt, aut conflictant. Nec lecus oës ægrotarẽt/circa ca  
 nis syderis ortũ: atq̄ in pestilẽtia perirent. Sed (vt est dictũ) maxima  
 pars generationis morborũ/est, artificiẽdi corporis præparatio. Sub  
 iiciatur ergo pro exẽplo, in ipso aere/inuehi quædam pestilẽtiæ semi  
 na: atq̄ eorum corporũ quæ versant in eo, hæc esse oĩm excremento  
 rum plena, paratorum quidẽ ex seipsis putrefieri, illa/sine excrementis  
 ac pura, atq̄ addat, prioribus/in esse opilationẽ meatuũ vndiq̄, ac re  
 pletionẽ appellatã, ac vitã ociosam, admodũ comedẽtibus & bibenti  
 bus, & re venerea immoderate vtẽtibus, & item minime concoquẽti  
 bus id, quod/hec oĩa que dicta sunt/necessario comitat. Alijs autẽ oĩ  
 bus corporibus puris ac sine excrementis, insit vltra ea q̄ diximus, bo  
 na facilitas spirandi, in oĩbus meatibus nequaq̄ opilatis, neq̄ adstri  
 ctis, exercitatio vero moderata, ac vita castior. deinde/his ita subie  
 ctis, cogitabis, quonã modo cõsonũ fit, vtraq̄ corpora/affici ab aere  
 putrido/in se inspirato. Nõne consonũ est, hæc/statim a prima inspi  
 ratione/initiũ putredinis accipere: ac plurimã contrahere labẽ: illa  
 nullo modo, vel paulũ affici, ita/vt facile/ad habitũ naturæ recurrant:  
 5 Itidẽ, quoties aeris tẽperamentũ/ab ipso naturæ habitu/imoderate re  
 cessit ad humiditatẽ & caliditatẽ, pestilentes fore morbos necesse est,  
 affici autẽ per eos maxime, qui iam prius/pleni fuerint humiditate ex  
 cremẽtosa, quemadmodũ/qui laboribus moderatis/ac vita proba vfi  
 sunt, penitus impatibiles permanẽt/per oës eiusmodi affectiones. hic  
 sermo, sup vno exẽplo dictus est, sed in omni genere verus est. at cui  
 libeat integre in eo exerceri, legat librũ de causis pcatãticis, id est  
 primitiuus. Ego vero/psenti libro parcẽs lõgitudini, vno capite/oẽm  
 eum cõpræhendens, finem faciã. Oportet eni/in vnoquoq̄ causarũ ge  
 nere/scrutantẽ/qua potissimũ facultate/ægrotare soleat, deinde/consy  
 derare cõgruẽtes & repugnãtes ei dispositiones corporũ, scientes/vt  
 congruẽtibus quidẽ/prõpta læsio est, aduersis autẽ/ac repugnãtibus, }  
 q̄tam vim habeat & magnitudinẽ cõtrarietas, tantũ/inuicti permane  
 bunt. Ipse vidi nõnunq̄/ueniẽte tali conditione qualẽ Hipp. in oppi  
 lia.

Corporis  
 preparatio  
 bonã partẽ  
 actionis fi  
 bi vëdicat.  
 Agẽtis vir  
 tus ac passi  
 aptitudo.

+ vt vapores  
 et exhalationes

Imbecille  
 concoctio  
 nis causæ.

+ vt austo flate

Impatibi  
 les ab aere  
 pestilenti.

Facile & dif  
 ficile patibi



GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

Cōditione pestilēti qd agendum. do Cranone fieri dixit, carbunculos exuperare nō paucos, quorum generatio & alia oīa eo quo ille scripsit modo, diligēter fuerūt, quin etiam quēcūq; tertio libro Epidemiarū in pestilenti scripsit conditione, ea etiam oīa per aliam similem illi conditionē similiter extiterunt. Summa eorū (vt ipse Hipp. dixit) pntredo fuit, atq; id ipsi cognoscētes, statim incipiente cōditione / quēcunq; corpora vidimus humida, statim / quouis modo exiccare tentauimus, quēcunq; vero ficciora, pristinam naturā in his custodiuius, quēcūq; vero excrementis plena, purgationibus sanauimus, quascūq; vero opilationes meatuū, solui- mus atq; aperuimus. Sed hęc / quonā modo se habeant, libro de curā- di via & ratione / dicunt, constat vt eo loco plurimū dicef. Nunc lat erit, meminisse eorū, exponentes sermonē / docentē, quonam modo / ab vna causa exuperāte, quidā / prāhendunt febre, alij / impatibiles pma- nent, alij / cum difficultate patiunt. dispositiones enī corporū / dissimi- les, multiformesq; sunt, & idcirco / quidā facile vincunt, ac promptissi- me patiunt ab ipsa causa efficiēte, alij / inuicti penitus & impatibiles sunt, aut difficulter patiūtur. Ad eius rei demōstrationē / coacti sum<sup>9</sup> mentionē fecisse etiā curationis, perinde vt Hippo. facientes, perscri- bens eodem modo celebre illud verbū, Id sanatio ipsa indicat.

De pręcautione, & quonam modo febris ex inguine ephemera, id est diaria consistat. Cap. VII.

Pręcautio.

Medici of-  
ficium.

Epidemię  
pręcautio-  
nes.

Quęstio.

Febris e-  
phemerge  
neratio.



**D** R A E C A V T I O igitur / quodāmodo sanatio est. Sa- ne & ipsa nomina / sæpenumero confundūtur apud medi- cos. vt enī alio loco diximus, oīs medici operatio / cor- poris ipsius vitia corrigit. Sed nihil in pręsens proficit talis exquisita locutio, siue enī feces in duo noīa / totū id, sanationē ac pręcautionē, siue i vnū ambo colligas, sanationē appel- lans, non parū iudiciū est vt non oēs / ab eiusmodi causa similiter pa- tiantur dispositio corporum, quę prohibent corripī epidemijs ac fe- bribus pestilētibus. Vna enim / primaq; intētio oībus cōmunis / est, vt corpus vacet excrementis, & spirātius sit. secūda vero / deinceps huic, vt exuperāti causę repugnes, quo ad fieri potest. Quibus vero, contra- ria horū insunt, ocylime patiunt, maximeq; ægrotāt. Sed quoniā fe- brium pestilentīū memoriā feci ex putredine humorū oīm effectarū, par est, instantē sermonē hoc loco scrutari de antiqua opinione, oēm febrē consistere humorū putredine dicentē. Ac vident ita sentire ij, q; ab Atheneo fluxerūt, non obscuro quidē viri in hac arte, pręserti eā quę est de febribus scientia, in quibus ego / plurimū cum illis sentio, pręterq; vnū dimitto ephemerā, id est diarias noiātas febres. Non enim mihi vident hęc / subsequi putredinē humorū, sed qui ob æstum



febricitat, ab ipso efficientis causæ calore alterari solet, Ob iracundiã vero febricitanti, eo quod ebullitione fieri sanguis in corde necesse est, non tamẽ putredinẽ. nec nõ p̄ exercitacionẽ, caliditatẽ ampliorẽ præter naturã sine putredine accedi. & quisq; cutẽ habuerit adstrictã per quã acriora excrementa euacuant, illis collectis febricitauit sine putredine humorũ. Quinetiã febris ex inguine ois, mala est, excepta ephemera, vt Hippo. dixit. qñ etiam inguina ipsa inflammationũ genere continetur. Atq; assentio in hoc sermone putredinis, nam ob eã rem inflammatione febricitat, non quẽadmodũ Erasistratus existimauit. Attamẽ nonnullæ sunt ex inguine febres in genere ephemera, quẽadmodũ aliq̄ qdã nunciãt nõ faciles curatu morbos, inflammationis, aut vlcis, aut abscessus, aut alteri⁹ talis in viscerib⁹ dispositionis alũnos. Cæterum dissidẽt febres ex inguine, ab ijs q̄ putredine humorũ consistũt, aut ex aliquo viscere, aut ex cauo ac maximo cõceptaculo. qm̄ vbi febris ex inguine cõsistit, pars cõtina subinde calet, calorq; vsq; ad ipsũ cor succedit. Sed putredo/fumusq; vsq; ad ipsum minime peruenit, sed ibi manẽs circũscripta in loco ipsi⁹ inguinis, alterat tantũmodo cõtinue ter vsq; ad ipsũ cor permeans calor. Quo potissimũ modo, etiam per æstum ac per exercitacionẽ ex partibus primo calefactis, distributio ad ipsum principiũ vitale existit. Vbi autẽ putredo fuerit in viscerib⁹ atq; in magnis cõceptaculis, veluti fumus, ad ipsos cordis sinus p̄meat. Accidit igit̄ vt humores in inguine oẽs cũctim putrescãt, siue vno die, siue duobus: vtpote semp̄ inuicẽ cõuersantes & inclusi vno loco. Humores autẽ in visceribus cõditi, & in magnis cõceptaculis, vtpote diffluẽtes semp̄, ac simul putrefaciẽtes quos magis attigerint: tẽpore ampliori putridũ accendũt calorẽ. Sed vt vno verbo dicat, quẽadmodũ in exteris oibus quẽcũq; calefũt præter naturã a quauis causa, si neq̄at putrescere, id quod calet: velut lapis, aut lignũ, aut aliquod aliud tale, eo vsq; remanet calidũ quoad refrixerit paulatĩ. Id autem quod putrescere potest, depascentẽ semp̄ scdm̄ continuitatẽ habet calorẽ. Quẽadmodũ interdũ vidi in agro stercus pecudũ simul & columborũ ex parte quapiã ab ipso sole calefactum, ita vehemẽter vt multa exurgeret exhalatio instar fumi ascendẽs, vehemẽter mordẽs atq; afficiens, si quis propinquasset oculos & nares. Porro stercus tangẽtibus erat ita calidũ, vt deureret diuti⁹ impositas man⁹, aut pedes. Nõ tamen semp̄ id accidẽs durabat: sed sequẽti die refrigerabat, quantum stercoris vehemẽter feruidũ pridie fuerat, idq; cõtinue ter acciderat, quia quod tũc calidũ erat quãdo primũ stercus vigebat, id dum illud inclinabat, ipsũ rursus calidũ reddebat ac feruidũ, ac paulo post vigebat primo refrigerato; atq; id rursus inclinabat subincalescẽte eo qd̄

Febris ex  
inguine du  
plex: eph  
mera & pu  
trida.

Ephemera  
et putrida,  
febris dif  
crimen.

Humor cũ  
ctim putre  
scens.

Calor cõtĩ  
nue putre  
scẽtia depa  
scitur.

Analogia.



## GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

continuū erat: & paulo post accēdebat illud ac vigebat: precedēs autē refrigerabat. Erat autē hęc circuitio fere tempus diei ac noctis: ita vt exemplū sit maxime p̄priū febris quotidianæ. Si vero duobus dieb⁹ ac noctibus circuitio fuisset, exemplū foret ita febris tertianæ, & si tribus quartanæ, & si quatuor quintanæ, si febris vlla quintana est. ipse se enī nondū perspicue vidi: neq; eā circuitiōnē, neq; aliquā aliā vltra quartanā. Sed de febrīb⁹ repetētib⁹ per circuitiōnē alio loco dicet.

An sit quin-  
tana febris.

Putredo  
triplex.

Pus/superā  
te natura.

Subsistētia/  
p̄ri p̄por-

Putredo cō-  
ductio p̄-

Putredinis  
simplicis

Puris et pu-  
tredinis dif-  
ferentia.

Pus opti-  
mum.

Pus multi-  
forme.

Abscessus et  
vrina sūt p̄-

portional.

Optia vria

Putredo autē humorū in conceptaculis posita subfimis est putredini inflātionis, & abscessuū, & aliorū tuberculorū. Ea duplex genere est. Ex p̄mixtione autē duorū generū, alia tertia varia specie existit: si quidē in mixtione magis ac min⁹ superare & superari alterū gen⁹ haud facile numerari potest: sed duo genere sunt, quorū alterū fit superante

natura, alterū euicta. Superante quidē vt per inflātionē & ipsa tubercula oīa pus, in humorib⁹ autē venarū & artiarū, id quod subsidet in vrina p̄portionabile puri. Atq; hęc putredo nō simpliciter putredo censet, sed etiā habet aliqd cōcoctionis. manēte enī p̄terea cōcoctionabilis. coquēdi facultate venarū, putrescēs tunc humor ad talē alterationē deducit. Porro alia est putredo cōcoquendi facultate adeo debili: ita vt coctione p̄ nulla mutatio ad benignum putrescētis excrementi efficiat. quod fit in mixta.

terdū illa extreme debili: quis putrescēs humor fuerit modice prau⁹: iterdū autē facultas ad extremā debilitatē minime deducit: sed humor extreme prau⁹ existit. Huiusmodi excrementi putredo, neq; cōditionē neq; colorē, neq; odorē habet vnū. Sed putrescēs humor semp̄ permutat ac variat. Altera vero putredo quā dixim⁹ haberi cōcoctionē, ad vnū genus puris semp̄ mutat & colorē, & cōditionē, & odorem.

Vt pus optimū sit candidū & corpulentū, & minime fetidum: & vt optima vrina habeat sedimentū candidū, equale ac minime fetidū, & quibus indicij febris diaria cognoscatur.

Cap. VIII.

**V**I igitur natura ipsa diligēter superet: pus optimū existit, visu candidū, ac corpulentū, & sibi vndiq; simile: leue autē tangēti, ac minime fetidum. Quod si velut semiputridū fuerit, tertiū genus in tali mutatione, qd paulo supra diximus consistit. Porro dixim⁹, vt tale genus perq; multiforme existat. cū enī magis ac min⁹ habeat cōcoctionē, innumērabilis differētia est. Sepe enī candidū effectum, aut fetidū est, aut tenuē cōditionē: qnq; vero nō candidū sed liuidū apparet, atq; in oībus his magis & minus infinitū censet. Cæterū quot in abscessib⁹ differētia sunt, tot in febrīb⁹ putredine accēsib⁹ vrinarū formæ existūt. Optima enī vrina, q̄ ex putrido humore suscipiēte ex continenti cōcepta cūlo cōcoctionē efficit, candidū leue equale ac minime fetidū sedimen-



tum habet. Pessima vero quæ maxime contrarium penitus huic habet. Ea vero quæ media est, quo magis alteri earum propinquet, tanto melior aut deterior est. Sed de vrinarum differentia libro de iudicationibus docuimus. Febres autem accensas putredine humorum, alias ab ephemeris. i. diariis esse, existimari oportet: atque earum dinotatio nequaquam difficilis est. Quauis impossibilis quibusdam videatur, idcirco re ipsa milies indicauimus, prima accessione sedata post balneum, ac modici cibi acceptionem, solitas operationes efficere precipientes: quippe cui non esset preterea febricitandum, & ita fuit. Vnum febris ephemeræ iditium igitur ac primum indicium febris ephemeræ. i. diariæ, ut ab aliquo causa prægressa incipiat recedat atque euadenti, quam consueuerunt omnes medici iuniores appellare causam percatartica. i. progressam. Sed id quod inuisibile fit ab huiusmodi febribus, earum proprium minime est, quoniam & alia nonnulla incipiunt causa quadam euadenti progressa. Inuisibile ergo proprium est, vrinæ concoctio statim primis diebus & ad hæc, ut pulsus in magnitudinem ac celeritatem insignem crescat, ita ut frequentia per exteriorem quietem minime seruet proportionem. Magis preterea proprium, atque inuisibile earum indicium est, ut contractio minime crescat in celeritatem: vel si crescat interdum, id paruissimum fit, ac cognitu difficile, paulum ab ipso nature habitu absistens. Quinetiam proprium atque inuisibile est talium febrium, ut calor suauis existat. Inuisibile etiam est, si pulsus ac calor equabilis: si incrementum equale existit, non tamen proprium est. Etenim quibusdam alijs inest: quemadmodum neque si vigor mitior sit, neque enim id proprium est, quousque his potissimum inest ac melius erit ut hæc quæ cõia sunt, per incrementum ac vigorem propria celerant, eo quod ephemeræ. i. diariæ potissimum inest. Erit enim ita quauis non ipsa rei species, sed optimum diligentissimumque talium febrium proprium simul atque inuisibile indicium, quemadmodum ubi inclinatio cum sudore aut humore, aut penitus vapore quodam suauis existat, quam integritas ipsa excipiat. Post inclinationem cum suauis vapore integritas. Atque his indicijs febres ephemeræ. i. diariæ promiscue cognoscuntur. Sed de singulis seorsum secundum speciem agatur.

Quibus indicijs cognosci conueniat febrem putridam, ac de duritie pulsus nonnulla contra archigenem. Cap. IX.



LIVD autem genus febrium quod ex aduersum ephemeris. i. diariis diductum est, nullum nomen commune omnium habet. Differentie autem propriæ duæ existunt, non obscuris speciebus definitæ. quædam enim ex eis putredine humorum accedunt; alia vero partes ipsas aialis solidas occuparunt, atque appellant eas ecticæ febres, vel quia stabiles sunt, ac solutu difficiles, quemadmodum habitus, vel quia ipsius corporis habitum occuparunt. Ita namque solent nominare solidas partes ex aduersum diductas partibus humetioribus. Febres igitur humoribus accedere cognoscuntur ad hunc modum. Primum igitur inditium, proprium quidem

Esic pa  
cipu  
Dor  
pura

febris eph  
meræ iditia  
Causa præ  
gressa.

Vrina statim  
concocta.

Pulsus magna  
citaque  
diductio.

Contractio  
nihilominus  
concoctior.

Pulsus et calor  
equabilis.

Post inclinationem  
cum suauis  
vapore  
integritas.

Febres putridæ.

Febres ecticæ.



GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

sed minime inseparabile est, vt nulla p̄gressa causa, tales præueniat fe-  
 bres. nulli enī alteri generi inest: eo q̄ ois ephemera. i. diaria ex cau-  
 sa p̄gressa cōsistat. Ectica aut̄ quotiēs sine causa existat, nunq̄ ab initio  
 præhēdit. quocirca quotiēs sine p̄gressa causa qs febricitet, causā hui⁹  
 esse in humorib⁹ sciendū est. Sed interdū euenit, vt causa euidēs p̄gres-  
 sa/ephemerā. i. diariā febrē quantū est in seipsa cōmittens sit, cui subse-  
 quit̄ febris ex humorū putredine, quotiēs affectū corp⁹ ita se habet. i.  
 quotiēs impurū, excrementosūq̄ sit. Vbi enī excrementa p̄ ephemerā. i.  
 diariā febrē plus equo calefacta, initiū putredinis susceperint, alterū  
 febriū gen⁹ accendūt priore sedato. Sed internosciūt successio talis fe-  
 bris/inditio p̄prio simul atq̄ inseparabili, vt febris ephemera. i. dia-  
 ria/nequaq̄ dehinc ad exq̄sitā integritatē. Accidit enī interdū, vt p̄ con-  
 sistēdi vigorē ephemeræ. i. diariæ, trāseat in putridā: ac multo magis  
 per inclinationē, quotiēs (vt paulo ante dixim⁹) maxima trāquillitas  
 febris abest/q̄ adesse deberet. hæc sūt p̄mutationis indicia, vt transeat  
 in alienā febrē. At vero vt febris ex rigore incipiat, nequaq̄ præueniē-  
 te assu/vel frigore forti: qualē maxime patiunt̄ qui p̄ niuē faciūt iter,  
 vel alio modo in forti frigore diuersant̄ diuti⁹: indicatiū quidē p̄priū  
 est febriū putridarū, sed haudquaq̄ inseparabile, neq̄ enī oibus quē-  
 admodū ne horror inest. is enī, nō solū nō inseparabile est ab huius-  
 modi febrib⁹, sed nullo pacto p̄priū est. Ceterū vt pulsus, atq̄ etiā ca-  
 lor, inæqualis sit p̄ initia accessionū, aut etiā per incrementa, tatiū gene-  
 ri febriū propriū est, sed haudquaq̄ inseparabile. Sæpe enī sine inæq̄-  
 litate sensibili incipiūt, atq̄ incresecētes vigēt. Id p̄terea multo magis  
 inseparabile nō est, vt accessio/quasi sæpius præhēdat, quod quidē re-  
 petere accessionē appellam⁹. Quēadmodū vt puls⁹ arctior sit (ita enī  
 dicimus, vbi incipiēte accessione paru⁹ admodū & inæqualis existat)  
 neq̄ id tatiū febriū inseparabile est: nō tamen cōmune est alteri gene-  
 ri febriū, sed harū propriū, quēadmodū ipsa inæq̄litas, quotiēs p̄ ali-  
 quod accidēs extiterit. Sæpe enī in ore vētriculi collecto quodā pra-  
 uo humore ac mordaci/vel frigido, ipse paruus simul inæqualisq̄ exi-  
 stit. Sed vbi frigid⁹ humor sit, paruitas: vbi mordax, inæqualitas ip-  
 sa exuperat. Sed vomētib⁹, hæc ambo statim desistūt. Vbi vero vētricu-  
 lus/nihil eiusmodi patit̄, prædictarū generis febriū talis pulsus exi-  
 stit. At vero maximū indicatiū febriū putridarū, est calor ipsi⁹ quali-  
 tas. Nihil enī suauē, neq̄ moderatum, neq̄ simile habet febrib⁹ ipsis  
 ephemeris. i. diarijs. Sed quemadmodū optimi ante nos medici dixe-  
 rūt, mordax quodāmodo potius afficit, mordetq̄ tactū, veluti fumus  
 oculos ipsos, ac nares. Verū inter initia accessionū (vt potest strāgula-  
 to calore/ac succēsis intus incrementis) nō statim immittētibus manum

Ectica p̄n-  
cipium.

Diariæ in  
putridam  
abitio.

Successio-  
nis ei⁹ nota

Calor pul-  
susq̄ inæq̄lis

Repetere  
accessionē.

Pulsus ar-  
ctior qd est

Parui inæq̄-  
lisq̄ pulsus  
causa.

Calor mor-  
dax.

Calor mor-  
dax iter ini-  
tia.



dignoscit: sed diutius imorantibus/prædictū caloris genus de pfundo emergit. Ac vt mihi videt, tale aliquid cognoscēs Themison, propriū atq; inseparabile esse oībus febrib⁹ existimauit. Sed de his, tuo loco rursus ageť. Prædictū autē genus caloris, per pungēs (vt ita dixerī) aut mordēs (veluti medicamentū acre) impositā manū, putredinis humorū alumnū est, perspicue per incrementa accessionū, atq; vigores febriū apparēs: nō tamē statī per initia accessionū/p̄spicue existit. Propriū præterea inseparabile est generi febriū ex humorū putredine infestantiū, velocitas cōtractionis pulsus, euidentior quidē per incrementa, sed minime obscura per ipsos vigores, atq; initio accessionum. Si mulq; cū ea existit/p̄ initia, paruus simul ac velox pulsus, per vigore autē magn⁹ simul ac velox. Nec secus/frequentia ipsa per exteriorē quietē/p̄spicua est in eiusmodi febrib⁹, neq; ephemeris .i. diarijs, neq; esticis filis. Maxime propriū p̄terea est taliū febriū/vrine cruditas atq; obscura cōcoctio, propriū indicium est febriū humoribus cōsistentiū. Neq; enī cruda, neq; obscure cōcocta in febrib⁹ ephemeris .i. diarijs existit: vtrūq; eorū seorsū/propriū est febriū putridarū. Sed ambo simul/per ipsā enūciationis diffinitionē/penit⁹ inseparabile est: qm̄ primē vrinæ in tali febriū genere, vel penit⁹ crudē, vel obscure concocte existūt. Magnū enī, atq; insigne indicium concoctionis in primis vrinis/nūq; existit p̄ huiusmodi febres, nisi ab ephemeris, id ē diarijs transeat: id qđ pauloante docuim⁹. Cæterū, ab his q̄ dixim⁹ indicatijs, id quoq; existit, si per ipsū accessionis vigore/accidēs quoddā ardētis febris extiterit: quēadmodū, si qđ epiale, ac lipyrie, vel semitertianæ, vel typhodis, vel alteri⁹ talis febris accidēs fuerit: q̄ propria quidem sunt febriū putredine humorū cōsistentiū, non tñ inseparabilia: & ob eā rem, quotiēs hæc minime adfuerint, ex alijs idicijs quærendū. Sed interdū, nō solū gen⁹ taliū febriū: sed species quædā, vna significatur. qđ si inclinatio minime definit ad integritatē, siue per sudorē, siue etiā aliter, alterū e duobus erit, aut indicium vt transeat in alienā febrē: vbi prius oīa ephemeræ .i. diariæ fuerit indicia, vel si nullū ex his fuerit, febrē quidē humoribus cōsistentē statī ab initio præhēdisse ostēdit. Vbi vero pulsus/prima die dur⁹ existat, cōsiderandū, nū concretio quædā ex frigore, an siccitas, an attētio cōuulsifica in corpore laborātis, an inflāmatio quædā, an durities sit: sciētes/vt ex his tantūmodo/pulsus durus efficiat. Archigenes enī q̄cunq; peccat circa notionē, cognitionēq; duri pulsus, libro de pulsib⁹ abūde docuim⁹: quem euoluentē, tales cōmentationes intelligere necesse est, ac potissimū eum cui libeat scire diagnosticen .i. pulsuū dinotationē. Etenī/pulsuū ipsorū noīa/ac significata ab eis oīa, oēm̄q; numerū yno volumine indicaui⁹: quod

Cōtractio  
nis pulsus  
velocitas.

Frequentia  
per exteriorē  
quietē  
Vrinæ cruditas,  
aut  
obscura cō  
coctio.

Accidēs ar  
dētis febris

+ de q̄ febre .i. h. i. m. s. p.

Inclinatio  
nō definēs  
ad integri  
tatem.

Pulsus pri  
ma die du  
rus.



## GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

quidē inscripsimus de differētia pulsuū. Sed quonā modo vnūquodq; cōueniat dignoscere, alio volumine diximus/in quatuor libros distincto, qđ inscripsimus de dinotatione pulsuū. Quemadmodū alios deinceps quatuor libros/de causis pulsuū effecim⁹: & itē quartū ab ijs dictis/de pulsuū præsensione, nō solū verbis, sed etiā re ipsa indicantes hui⁹ sciētiae vtilitatē. Et si qđ nobiscū vna accessit ad egrū/indicātib⁹ eā sciētia re ipsa, vt alia credidit, ita nouit vt pulsus durus, neq; propri⁹, neq; inseparabilis taliū febrivū existat. Sed de hoc nūc nō est dicēdi locus. nā p̄dictis libris dixim⁹, & alijs octo libris quib⁹ scrutamur librū de pulsib⁹ Archigenis, abūde hęc oīa accidētia docuimus;

<p><b>Puls⁹ dur⁹</b> <b>Febris esti</b> <b>ca.</b> <b>Puls⁹ in di</b> <b>aria durus</b> <b>Pulsus i fe</b> <b>bre putri</b> <b>da durus.</b>  <b>Duricie i</b> <b>puls⁹ causa</b> <b>Duricie i ar</b> <b>teriarū cā.</b> <b>Concretio</b> <b>nis causæ.</b> <b>Attētionis</b> <b>causæ.</b> <b>Siccitatis</b> <b>causæ.</b></p>	<p>hoc loco, qđ sit necessariū, tantū modo idicabitur. Pulsus durus, neq; p̄prius, neq; inseparabilis cuipiā generi febrivū, neq; ephæmere. i. diariæ, neq; putridæ, neq; ecticæ. Sed ecticæ, inest magna ex parte, atq; interdū in alijs duob⁹ generib⁹ ob accidēs quoddā existit. In ephæmera quidē. i. diaria, quotiēs febris affligat, ob refrigerationē fortem, vel attentio qđā neruosa inest, atq; interdū efficit ob æstū fortē, vel laborē simul, vel inopiā alimēti, vel insomniā immoderatā, vel euacuationē: quotiēs cū inopia alimēti, hęc quoq; cōstiterint. Per febres autē putridas/pulsus quoq; dur⁹ habet, quotiēs in viscere/inflāmatio fatiget, vel duricies, vel accidēs quoddā existat: vt si nerui ipsi extēdant, vel siccitas adfit. Nā &amp; ob id/pulsus/durus euadit: velut si inopportune bibas frigidā aquā, aut in balneū frigidū descēdas, vel fruct⁹ quosdā largiter comedas. Sed pulsus dur⁹ nunq̄ efficit per ipsā febrē qua febris est: neq; per ipsā ephemerā. i. diariā, neq; p̄ ipsam putridā, neq; enī/quotiēs ex inflāmatōne/febris affligat, eodē modo/febris ipsa ac pulsus duricies comitat⁹ febris quidē sequit̄ putredinē humorū: duricies autē/p̄pterea/qđ cōceptacula ipsa ob repletionē extendunt. Sed (vt semel dicat̄) duricies/tuniculis arteriarū accedit, vel propter cōcretionē, vel attētionē, vel duriciē. Cōcretionē igit̄/forte frigus cōmittit: attētionē vero/inflāmatō ac duricies, atq; etiā neruorū p̄portionalis inflāmatōnibus dispositio. Siccitatē vero/euacuationes diutinæ, vel ob alui fluorē, vel leuitatē intestinorum, vel difficultatē intestinorū, vel vomitum longū, vel aliud istiusmodi: fames diutina, atq; ardētes febres diutinæ, (&amp; vt in totum dicatur) quæcunq; vehemēter exiccant ipsius animalis partes solidiores, velut ectica: de qua nūc commode agentes, eius febris generationem in primis dicemus.</p>
---	---

¶ Quibus indicijs/febris ectica cognoscatur: et quonā modo consumpto admodum humore/cordis dispositio efficiatur, quam Philippus nominat ex morbo senectam.

Cap. X.





**F**EBRIS igitur ectica noie, efficitur duobus modis, magna ex parte post febres ardentes, q̄ prorogant, adeo vt consumat spatio temporis/humorē corporis cordis, vel etiā si p̄terea multus permaneat. Illa igit non solū ectica, sed etiā marcor existit, vbi vero p̄manet humor, corpus ipsū cordis p̄hendēs, inde maxime accendit: quemadmodū lucernarum flamma ex elichnio, atq; vna ei⁹ generatio est p̄dita. Reliqua autē est quotiens statim ab initio p̄hendat, primā generationē similem habens ephemerā. i. diariā, ob m̄rorē, iracundiam, laborem plurimum, vbi simul cū æstu fatiget. Hanc igit febrem, sanare nequaquā difficile est, vbi vero ex ea deuenit in tabē, propter inscitiam p̄cipiētium medicorum, sanare nō solū non facile, sed etiā non possibile est, quotiens integre iam extiterit, nec p̄terea incipiat. Natura enim eius calida ac sicca existit, ac cor simile recipit conditionē, velut elichniū in lucerna, quotiens plurimū crematū fuerit. Etenim ita exustū effringitur, atq; exoluit, perditurq; continuitas ab ipsa ariditate: vt neq; si affundas abunde oleum, queas rursus accendere flammā copiosam. Parua enī atq; infirma flāmula semper concutit, ac subinde minor efficitur, vsq; quo extinguitur. Hęc igitur febris tabifica diligenter existit: neq; ea ipsa est affectio, quam dicimus marcorē. Hęc enim in ijs efficitur qui consenuerunt sine febre, extincto in illis natiuo calore, quibus potissimū sine m̄rorē mors est, ac scdm naturā, ex siccitate consistens, velut vbi emarcent p̄ter naturā, genus illud efficit, quod Philippus nominat ex morbo senectā. In quam multos nouimus non senes solū, sed etiā pueros incidisse. Febris autē tabifica, non solū sicca, sed & calida affectio est. Extinguit enim per eā multo magis calor in animali, atq; tabescit totū corpus, instar arboris in plenū arefactæ vel ob tēporis longitudinē, vel flammæ vicinitatē, vel tortē atq; immoderatum squalorem. Sed de tabe, quānam affectio sit, seorsum diximus. Ectica autem febris cum duplex eius genus sit, vt ante diximus, indicia deinceps explicabimus.

Ectica fit duob⁹ modis.

*quorū s̄, quī humor videt̄*

*Marcor Tabes*

Febris tabifica calida ē et sicca.

Analogia.

De febre ectica & vt ephemera, id est diaria sæpenumero trāsmeet in ecticam cuius rei inditia multa existunt. Cap. XI.



**F**EBRIS igitur ectica cum marcore coincidens, propiusse ac facillime cognosci potest. Prius enim q̄ tangas pulsum atq; calorem: oculos supra modum cauos videbis, quasi fouea quadā conditos, ob totius humidæ substatiæ corruptionē: ita vt ossa quibus palpebræ annexæ sunt/promoueant.

Ectica cum marcore indicia.

Quinetiā lippitudines existūt aridæ, ac q̄dā s̄q̄lida dispositio, q̄lis ma

*ps. q̄tu  
to natu  
calore*



GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

squalida dispositio. xime fit, vbi p puluerē multū / tota die in sole calido feceris iter. Flos 3  
 p̄terea viuid<sup>o</sup> coloris / perijt, atq; i toto vultu existit, & imoderat<sup>o</sup> squa 4  
 lor habet toti<sup>o</sup> cutis circa vultū, maxieq; circa frōtē: ita vt p̄pter ficci  
 tatē, sicca atq; itēta efficit: nō tñ q̄t palpebras ipsas diuti<sup>o</sup> extēdere, 5  
 p̄inde affecti sēp vt q dormiūt. Quietia cōnuēt magna ex pte, quēad  
 dū q dormiūt. Est aut talis affectio nequaq; sōn<sup>o</sup>, sed i potētia vigilādi.  
 Affectio sō no similis. Carnes p̄terea cōsumunt circa tpa, ita vt ea loca collapsa, cauaq; euad 6  
 dat. Nec quicq; aliud totū est q ossa, ac cutis: ita vt si eos nudos p̄spici 7  
 as, i vētre nullū esse iēstinū, nec vlla viscera, atq; ilia ipa retrahi i tho  
 racē, admodū videāt. Qd si libeat illos tāgere, cutis qdē p̄ q̄ sicca exi 8  
 stit: & vbi attēdas, apphēdens digitis, q̄ si bursa qdā efficit. Pulsus aut 9  
 puus: dur<sup>o</sup>, debilis, trequēs habet. Calor aut i primo qdē occurfu / de 10  
 bilis, sed paulo post acer atq; erodēs apparet: maximeq; vbi tāgendo /  
 diutius imoreris. Sed minie cōuenit reliqua iditia cōmēorare in re tā  
